

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 156. Argumentum tertium ex sess. 14.c.1. ubi poenitentia
declaratur necessaria ad justificationem, etiam cum Sacramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

1819 Argumentum proinde primum sub hac forma efficaciter conficitur: ad justificationem in Sacramento baptismi necessaria est falso initialis dilectio Dei propter se, atque hoc secundum dilectionem charitatis, fidei contrito ex ea procedens, iuxta Tridentinum. Sed non minor, seu non minus perfecta contrito requiritur in Sacramento Poenitentia, quam in Sacramento Baptismi. Igitur ea dilectione pariter requiritur in Sacramento Poenitentia.

CAPUT CLV.

Secundum Argumentum ex cap. 7. eiusdem sess. 6.

1820 Actor in principio & fine illius capituli Tridentini agere de habitibus, fidei de justificatione habituali, & habitibus illam concomitantibus, deque illius causa finali, efficiente, meritoria, instrumentalis, & formalis. Verum in medio eiusdem capituli, ad perlitendum errorem Lutheri (acutus, solam fidem per medium dispositionis & cooperationis nostram requiri) docet justificationem fieri secundum propriam causamque dispositionem, & cooperationem, nec ad hoc sufficere fidem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque unita perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Quarevisne verius dicatur, fides sine operibus mortuam & otiosam esse. Et in Christo Iesu neque circumscripti valere aliquid, neque praeceptum, sed fides que per charitatem operatur (id est per dilectionem, ut sona græca vox agape, quam uita est Apollonius) Hanc fidem, ex Apostolorum traditione, Catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petant fidem, vitam eternam prestantem, quam sine spe & charitate fides prestare non posset. Unde & hanc verbum Christi audiunt: si vis ad vitam uagredi, serua mandata. Quibus verbis sermonem de actibus certissimum est. Quia id demonstrat 1^o. Vox cooperacionem, 2^o. Vox operis, 3^o. vox dilectionem, 4^o. vox operatur, 5^o. praeceptum Christi: serua mandata, quæ certe de actibus sunt, non de habitibus.

1821 Igitur certissimum est, Tridentinum loqui de charitate actuali, cum sit: fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unita perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Id enim contestus verborum patenter iudicatur. Ea quippe ratione dicit, fidem, sine spe, & charitate, non unita perfecte cum Christo, quæ ratione dicit, fides sine operibus mortuam esse. Et in Christo Iesu neque circumscripti aliquis valere, neque praeceptum, sed fides que per dilectionem operatur. Quæ de actibus dici, ipsa verborum significatio exprimit.

1822 Nec minus certum est, de charitate actuali Concilium diceret, fides sine spe & charitate uitam eternam prestare non posset. Ut etiam contextus allatus aperte demonstrat, errore Lutheri, tam illis, quam prioribus Tridentini verbis confessus, confirmat. Illis enim verbis rei sentienti Lutheri de sola fide, sine operibus, seu spe, seu charitatis, justificante. Siquidem Lutherus in cap. 2. epist. ad Galatas: Hoc (inquit) Sophista &c. non intelligunt; iaduunt, fides non justificare, nisi faciat opera charitatis. Et in cap. 4. eiusdem epist. Error & impietas est, offere, fidem inservire non justificare, nisi operibus charitatis. Quem errorem Tridentinum sic redarguit: unusquisque justificari secundum propriam dispositionem & cooperationem, & non secundum solam fidem. Quia fides, nisi ad eam accedat cooperatio spei & charitatis, neque unita perfecte cum Christo, neque corporis ejus membrum efficit. Verum est enim dicitur, fides sine operibus mortuam & otiosam esse. Et in Christo Iesu neque circumscripti aliquis valere, neque

prospectum, sed fidem quæ per charitatem operatur. Quam fidem Catechumeni ab Ecclesia pertinet, cum petunt fidem, vitam eternam praestantem? que profecta est fides per charitatem operans. Quia fides sine observatione mandatorum vitam eternam praestare non potest, nec proinde sine spe & charitate mandatorum custodiā operante. Quomodo intellectum Tridentini argumentum, contra Lutheri errorē efficacissime concludit. Non concluderet autem, sed inane faret, hoc modo intellectum: Verissime dicitur, fides sine operibus mortuam esse. Ergo fides, nisi ad eam accedat habitus spei & charitatis, non unita perfecte cum Christo, &c. Item: fides sine mandatorum observatione vitam eternam praestare non potest. Ergo fides sine habitibus spei & charitatis, vitam eternam praestare non potest. De actibus enim seu operibus fermo est in antecedente. De istis ergo fermo esse debet in consequente, ut argumentum concludat contra errorem hereticorum, non negantum necessitatem habituum, sed actuū, seu operum spei & charitatis, ad justificationem fieri secundum propriam causamque dispositionem, & cooperationem, nec ad hoc sufficere fidem.

Unde ex capite illo septimo, sessionis sexta, duplex erunt argumentum, utrumque efficacissimum: fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas (id est spei & charitatis opera) neque unita perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Quia fides sine diebus operibus mortuam est. Idem ergo de tertii attritione dicendum.

Item: fides sine spe & charitate actuali vitam a. 1823 eternam praestare non potest. Ergo nec attritio, omni charitatis actu constituta.

CAPUT CLVI.

Argumentum tertium ex sess. 14. c. 1. ubi poenitentia declaratur necessaria ad justificationem, etiam cum Sacramento.

Dicitur enim: Fuit quidem poenitentia universis 1824 hominibus, qui se mortali aliquo peccato iniquisissent, quovis tempore, ad gratiam & iustitiam aequalendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ab aliis petivissent, ut pervertitatem abscederent, & emendata, sanctam Dei offenditatem, cum peccati odio, & pio animi dolore detinarentur. Igitur vera de peccato poenitentia à Tridentino requiritur ad justificationem, etiam cum Sacramento.

Arqui vera de peccato poenitentia non est, 1825 qua est propter peccatum tantum, non propter Dei offenditam, solumque est ex motivo proprii interesse, non divini. 1^o. quia cor recte poenitens non est nisi cor contritum & humiliatum, de quo Psal. 50. Sic enim expresso Tridentinum sess. 6. c. 14. Docendum est Christiani hominis poenitentia... contineri non modo cessationem a peccato, & eorum detractionem, aut eum contritum & humiliatum; verum etiam, &c. Arqui solum cor poenitens propter Dei offenditam, & propter interestem divinum, non propter solam peccatum, & propter interestem proprium, est cor contritum, de quo Psal. 50. prout Sancti omnes haec intellexerunt. Enimvero verba illa, cor contritum, significant cor poenitens ex amore Dei propter te. Quod & amplius significant verba illa quidem Psalmi: Tibi soli peccavi, & malum cor am me feci, ut videbit quisque ea confiteri cum verbis filii prodigi: Pater peccavi in celum, & coram te. Nec certe quisquam Psalmista tempore justificari potuit, aliquo Dei propter se amore.

2^o. Tridentinum eo loco declarat, de ea se 1826 poenitentia loqui, de qua scriptum est, quæ secundum Deum tristitia est, participationem in salutem habilem operatur. 2. Cor. 7. Arqui hæc tristitia ex Dei charitate descendit, ait Cassianus de spiritu iusti. 1. 9. c. 11. Secundum Deum quippe tristi-

ta ea est, que ex neglecto mandato Dei dolore afficitur, ait Basilius Magnus ad interrogat. 192. Et ut sanctus Thomas ait ad citatum Apostoli locum, tristitia & gaudium... ex amore causatur: tristia enim quis, quando caret eo quod amat. Qualis autem amor, talis est tristitia ex amore causa. Est autem duplex amor, unus quo diligitur Deus, & ex hoc caatur tristitia, que est secundum Deum. Alius amor est quo amat sacramenta, & ex hoc caatur tristitia a cœli. Amor quo diligimus Deum, facit nos libenter servire Deo, sollicitè querere honorem Dei. Et ideo quia peccando impeditur a servizio Dei... nec eius honorem querimus, id est amor Dei causat tristitiam de peccato. Et hoc est tristitia secundum Deum. Vide supra num. 758.

1828 3^o. Tridentinum ibi quoque declarat se agere de penitentia, de qua Prophet ait: Convertimini, & agite penitentiam ab omniis iniurias rebus. De ratione igitur vera penitentia, quam Tridentinum necessariam dicit ad iustificationem, etiam sacramentalem, est vera animi ad Deum conversione. Cujus ratio est, quia offensa peccati mortalis procedit ex hoc quod voluntas hominis est aversa a Deo, per conversionem ad aliquod bonum commutativa (ait S. Thomas 3. p. q. 80. a. 2.) unde requiritur ad remissionem divina offensa, quid voluntas hominis sic commutetur, ut convertatur ad Deum, cum desistente conversione praedita. Atqui per solum timorem genetivam animus non convertitur ad Deum. Tum quia per timorem gehennam homo non moveatur in Deum, sed in peccatis, ait S. Thomas q. 28. verit. a. 4. ad 3. Cujus rationem dat 2. 2. q. 19. a. 11. quia motus timoris est per modum fuga (liquidem fuga animi timor est, inquit Augustinus tr. 46. in Joan.) Qui autem fugit aliquem, non vertit illi faciem, sed dorsum. Proinde non moveatur, nec convertitur ad ipsum. Cum converti, seu vertere se ad aliquem, sit illi vertere faciem, non dorsum. Tum quia vera cordis ad Deum conversione sine Dei amore nec esse, nece concepi potest. Neque enim cor se vertit vel convertit ad aliquod objectum, nisi per amorem, telle Augustino, qui ait l. 13. Confess. c. 9. Amor meus, pondus meum; illo feror, quicunque feror. Neque ad veram animi ad Deum conversionem sufficit amor concupiscentiae, que Deum non diligunt propter se, sed propter nos. Unde enim optimus Rusbrockius lib. 3. c. 6. qui Deum, non propter Deum, sed solum propter seipso diligunt, id est propter temporalia, vel aeterna bona, quae sunt dumtaxatae boni & utilitatis gratia expensum... se pro seipso habent... & finaliter ad seipso reflectuntur & converuntur. Ad id enim finaliter convertuntur & reflectuntur, in quo amor ipsorum finaliter conquietit. Finaliter autem conquietus in fine suo, sive obiecto propter se, & gratia sui amato. Qui autem Deum, non propter Deum, sed propter seipso diligunt, non Deum, sed seipso propter se & gratia sui diligunt. Seipso ergo habent pro fine amoris sui, & in ipsi amor ipsorum finaliter conquietit, non in Deo. Ad seipso proinde, non ad Deum finaliter reflectuntur & converuntur. Et ideo nec timor (inquit Bernardus) nec amor privatus convertit animas; sed sola caritas, que non querit qua sua just. Ideo etiam Author libri de ver. & fals. penit. dicit, quid convertitur, qui totus & omnino veritur; qui non tantum sanas intent, sed ad bonum Deum contendere festinat.

1829 4^o. penitentia, de qua Tridentinum sessione illa 14. c. 1. illa est, per quam peccatores, quae mortali aliquo peccato inquinarunt, per veritatem affecta, tantum Dei offensionem, cum peccati odio; & pro animi dolore deflexantur. Sic namque eam Tridentinum describit ibidem.

Ergo est penitentia, per quam peccatores mortale peccatum diestantur, de coquido dolent, quantum Dei offensa est. Id est namque Tridentini Patres mortale peccatum expresserunt cum addita formalitate offensionis Dei, ad significandum, quod ad penitentiam, de qua ibi, non sufficiat detestari & odire peccatum sub quacumque formalitate, sed necesse sit illud odire formaliter ut Dei offensio est. Formalitatem quippe illam frustra non addiderunt, penitentiamque omnibus intra & extra Sacramentum necessariam (ut communis est ad perfectam & imperfectam) sufficieret descripsiſse censendi sunt; non secus ac contritionem, ut communis est, &c. Insufficienſem vero mancimum descriptionem tradidissent, si motivum necessarium illius prætermisſerent. Non prætermisſerunt ergo. Aliud vero motu non designarunt, nisi dictam formalitatem. Igitur eam designarunt tamquam motum, sub quo penitentia (omnibus necessaria) odire & detestari debet mortale peccatum. Igitur vera penitentia (omnibus necessaria intra & extra Sacramentum) ex mente Tridentini, peccatum odit & detestatur, quatenus Dei offensio est. Idque esse de jure natura merito docent Sotus in 4. diff. 4. d. 6. q. 1. a. 7. Et lib. 2. de nat. & grat. c. 13. Vega l. 13. in Trid. c. 17. Viguerius in Institut. tit. de contritione. Morinus de penitentia l. 1. c. 12. Catechismus Rom. p. 2. de Sacram. Penit. n. 41. Elegit de ratione penitentie, docet Angelicus Doctor p. q. 85. a. 2. his verbis: Manifestum est quid in penitentia inventur specialis ratio actus landabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, in quantum est Dei offensio, quia non pertinet ad rationem alterius virtutis. Et a. 3. Penitentia... dolet de peccato, in quantum est Dei offensio. Unde ibidem a. 1. in corpore dicit, in damnibus & damnatis veram esse non posse penitentiam: eò quid non potest eis displicere peccatum, in quantum est culpa; sed solam eis displicere pena quam patiuntur. Et ad 1. quid nec Antonius vere penituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offensionem Dei. Itaque necessarium est dolere de peccatis, quia offensio Dei sunt (in Vega l. 13. in Trid. c. 23.) Et hoc est quo penitentiam nobis debet esse anarum in peccatis nostris. Et donec in tantam perfectionem nostre exerevit dolor, quantumcumque ille sit, & quicunque alia ratio habeatur, nunquam perfectus erit, nec sufficiens ad reconciliandum nos Deo. Quod enim fratre (inquit c. 17.) Dei gratiam quis ambiat. Si non ante omnia acerbum & anarum ei sit, ipsum reliquise; in ipsum peccasse, ipsoque perfidiam & ingratis extitisse, sed gehennam ignis reatum incurrit. Similiter Petrus Soto in Infruct. Sacerdot. 14. Quandiu non detestamus peccatum, quia contrarium bonitatem divinam, reverentiam, &孝り, atque obedientiam, nondum est tua penitentia. Ut potest quid dolor cordis, & amaritudine anime pro malis, qua quicunque committit, prout eam definit Ambrocius relatus cap. ecce nunc de penit. diff. 1. & post Ambrosium, Magister Hugo, & Richardus de S. Victore, Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas, S. Thomas Villanova, Atrianus VI. & Veteres paſſim. Proinde esse debet dolor ac detestatio de peccatis, in quantum sunt offensio Dei, ita ut mala ipsa in Deum commissa sint motivum doloris. Id namque significat y pro malis, qua quicunque committit. Eademque fuit sententia Patrum Tridentinorum, qui propter dicserunt, quod si dolor esset propter panam, & non propter Dei offensionem, tunc penitentia esset insufficiosa. Atque dolere de peccatis, illaque odire ac detestari, in quantum offensio Dei sunt, vel actus est charitatis, vel non est sine illo, prout demonstravimus lib. 2. cap. 14. n. 194. sententiamque

tiamque esse omnium Vasque & Beccanu testantur ibidem.

1830 De peccato ergo non dolet, in quantum offendit Dei eis, qui quis de eo dolet ob solum inerum inferni, tamquam motivum unicum & adaequatum. Quisquis enim de peccato dolet, in quantum offendit Dei eis, pro motivo habet ipsam Dei offendit, non solum inferni poenam, quam peccando promeruit, & non solum habet in dolendo rationem ejus quod contra se est, sed & maximè ejus quod contra Deum est, denique non solum dolet quia poena reatum incurrit, sed quia peccavit. Quisquis autem de peccato dolet ob solum poenam, tamquam motivum unicum & adaequatum, solum in dolendo rationem habet ejus quod contra se est, non ejus quod contra Deum est; nec dolet quia peccavit, sed quia poena reatum peccando incurrit. Quandoquidem motivum doloris ipsius non sit peccatum ipsum secundum se, sed solum effectus peccati. Per consequens propriè non dolet de peccato, sed de effectu peccati, poena utique; sicut nec propriè peccatum odit, sed peccata poenam, nec propriè timet peccare, sed ardere, ut proximè videbitur.

1831 5°. vera poenitentia, quam Tridentinum verbis supra relatis l. 14. requirit, & describit, importat verum & propriè dictum odium peccati. Ait enim: *cum peccati odio*. Atqui verum ac propriè dictum peccati odium, odium est peccati secundum se, & propter se. Neque verè ac propriè peccatum odit, qui illud secundum se ac propter se non odit, sed propter aliud, propter poenam utique quam inducit, timoremq[ue] illius. Proprie quippe odise aliquid, est illud odise secundum se, & propter se; quemadmodum propriè amare aliquid, est illud amare secundum se, & propter se. *Nec enim ego ullarum rerum vocandas puto cupiditatem* (et August. l. 1. Soliloq. c. 11.) que propter aliud requiruntur. Et c. 13. quod non propter se amat, non amat. Et lib. 83. qq. q. 34. Si propter alia... amor avaratur, non rellè amor dicitur. Nihil enim aliud est amare, quam propter se ipsum rem aliquam appetere. Ne ipsa quidem phrasij Scriptura simpliciter amari dicitur, nisi quod diligitur per modum finis, sive propter se. Cùm solo isto tenui. I. Joann. 2. mundi prohibetur dilectio: *nolite diligere mundum*. Et hinc rursum Augustinus homil. 38. inter 50. Si propterea proximum amas, ut propter tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale, non illum amas, sed illud quod prestat. Similiter Julianus Pomer. l. 3. de vit. contempl. c. 25. Qui amicum propter commodum quidlibet amat, non amicum convincitur amari, sed commodum.

Et Bernardus lib. de dilig. Deo c. 7. Quidquid propter aliud amare videaris, id plane erras, quò amoris finis pertendit, non per quod tendit. Simili ergo ratione quidquid odio non habetur propter te, sed propter aliud, propriè & simpliciter loquendo, odio non habetur. Neque enim hominem propriè & simpliciter odise censetur, qui ipsum non odit propter se, sed propter aliud, v.g. propter vitia. Peccatum proinde proprio ac simpliciter odise non censetur, qui illud odio non habet propter se, sed propter aliud, utique propter poenam. De odio quippe sicut de amore philosophandum, & sicut philosophari solemus de timore. De quo Augustinus epist. 144. *Qui gebennas metuit, non peccare metuit, sed ardere.*

1832 Illud ergo solum est verum, propriè ac simpliciter dictum peccati odium, quo peccatum secundum se & propter se odio habetur. Jam vero odium quo peccatum secundum se & propter se odio habetur, non est sine Dei propter se amore. Omne quippe odium ex amore cauatur, juxta

S. Thomam 1. 2. q. 18. a. 6. ad 3. & q. 29. a. 2. in corp. cō quid utique tota ratio odendi sit contraria sit quā res odio habita contrariatur bono quod amat. Unde nescie est, inquit sanctus Doctor, quid amor sit prius odio, & quid nibil odio habeatur, nisi hoc quod contrariatur convenienti, id est bono, quid amat. In tantum ergo peccatum, quā peccatum, odio habetur, verè & propriè loquendo, in quantum ut sic contrariatur bono quod verè & propriè amat. Atqui peccatum, quā peccatum, contrariatur iustitia, seu legi exteriori & interiori; definitur enim dictum, factum, vel concupiscentia contra legem exterioriam. In tantum ergo ut sic odio habetur, verè ac propriè loquendo, in quantum contrariatur iustitia, seu legi exteriori & interiori, que verè ac propriè, adēcō propter se amat. Ergo verum ac propriè dictum odium peccati, in quantum peccati, non est sine amore Dei propter se: cum nos it sine vero ac propriè dicto amore exteriori atque interiori legis ac iustitiae, que Deus est. Unde Augustinus epist. 144. citata, tantum quisque peccatum odit, quantum iustitiam diligit; iustitiam utique incrementam, cui peccatum non contrariatur, consideratum præcisè quā inductiū gehenna (cum iustitia, seu lex exteriora, velit peccatum esse illius inductiū) sed ut sic solum contrariatur incolumenti hominis, seu immitati à gehenna, quam proinde solum peccator tuni verè ac propriè amat, solum secundum se ac propriè diligit. Per consequens à primo ad ultimum, solum ille peccatum, quā peccatum, secundum se ac propter se odit, qui iustitiam, seu legem exterioriam & interioriam, secundum se ac propter se diligit.

6°. vera poenitentia, de qua Tridentinum loco citato, non est sine pio animi dolore de Deo offendit. Dicit enim, quid per se amator tantum Dei offendit, cum peccati odio, & pio animi dolore detestetur. Sed plus animi dolor de Deo offendit procedere non potest ex solo servili timore gehenna, sed ex benevolo Dei amore. Tum quia plus animi dolor de Deo offendit, est plus animi in Deum offendit afflictus. Plus verò animi in Deum offendit affectus, habet rationem Dei offendit, seu mali divini, & non solum mali proprii. Tum quia servili timor est non potest motivum proximum & immediatum pii in Deum afflictus, sed remotum dumtaxat, mediatus, & itagogicum, seu introductorium, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 19. a. 7. & idēc à D. Basilio in Pl. 32. vocatur *itagogicus ad pietatem*, in quantum videlicet introducit charitatem, sicut feta filium. Nam ut Augustinus dicit epist. 120. c. 18. *pietas cultus Dei est, nec colitur nisi amando.*

7°. vera poenitentia, à Tridentino descripta, proprius actus est, operari ad destructionem peccati, ex motivo reparandi jus Dei, letum per peccatum, ut docet S. Thomas 3. p. q. 75. a. 2. Proprius proinde actus ipsius est, pro illata Deo per mortale peccatum injurya Deo satisfacere. Ad illam quippe satisfactionem peccator jure naturali teneatur. Atqui peccator pro illata Deo per mortale peccatum injurya satisfacere nequit absque Dei propter se dilectione. Cū satisfacere nequeat, nisi restituendo quod iniquè suffulit. Per amoris verò sive perverbiatem Deo iniquè suffulit, & in creaturam transiit amoris principatum, creaturam Creatori in amore praefendendo. Teneatur ergo amoris principatum Deo restituere, Creatorem creature in amore preferendo. Deumque proinde propter se super omnia diligendo.